



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Cassianvs Ep. Et Mart. 13. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

fuit, antequam fuit. Ex Surio.

Sanguine Agni servatur domus à percussione An-  
geli: & aqua maris rubri extinguitur inimici,  
que sunt mysteria Christi. Hieron. super Luc.

S. CASSIANVS EP. ET MART.  
13. Augusti.

Vlchrius longè CASSIANVS post Pontifica-  
tum, quem apud Brixentas gesserat, quām post  
Regnum olim Dionysius, ludum in foro Cornelii  
exul aperuit, non ignarus has demum illas esse  
ratastabulas, è quibus nec senectus mores expun-  
gar, quos olim infantia inscripsit. Sed heu! quoties  
juventus indignum tuis Doctoribus Minerval in-  
grata persolvit? Rapitur ecce ad judices CASSIA-  
NVS, & impietatis in Deos damnatus pueris tra-  
ditur excarnificandus. Nulla mora. Convolant  
velut ad ferias literarias pessimè feriati, & ad pa-  
nas magistrum nudum discipuli vocant. Pars ra-  
bulas capiti illidunt franguntque, pars graphiis,  
nunc punctim, nunc verso stylo cæsim invadunt,  
vulnera identidem convitiis interpolantes. Alii  
nunc demum sibi literatum videri præceptorem  
clamare, aliī rogare, num rubrica hæc placeret?  
num amplius satis latusque stylus esset? satne acu-  
rum foret epigramma, quod exararent? Alii de-  
nique hortari se mutuò, ne otiosi essent; hoc  
præceptoris semper unicum præceptum fuisse,  
nunquam stylum ponere, semper aliquid scripti-  
tare. Et forte unus è turbâ aliquis: Ingrati non  
erimus CASSIANE magister, multas fateor tibi de-  
bemus, sed hem! quas accepimus omnes reddi-  
mus, & cum fœnore, plagas. Quærebat interea  
per mille vulnera exitum ingens anima, nec re-  
periebat,

R 5.

periebat,

periebat, usque dum omnia in unum confusa vi-  
etrixi in celum viam fecerunt. Ex Prudent.

Spem tuam omni horā in Deo pone, & quidquid  
tibi accesserit, siue bonum sive malum, ex toto cor-  
de semper dic, Deus in adiutorium meum intende.  
Si vis salvus esse, versiculos iste de corae tuorum  
recedat: cum ipso dormi, & cum ipso vigila. S. Avg.  
serm. 1. de Iejun.

## S. RADEGVNDIS REGINA.

13. Augusti.

**S**Alve nitidissimum coronæ Gallicæ lilyum, Sal-  
ve RADEGVNDIS! & tu Mariane, eia mecum  
odoribus pascere, quibus cælum gaudet. Superi  
Regis filia, & Regi nupta ecce mendicabilis fa-  
mulatur, opobalsama ducit pædorem & nauteam:  
exesa seabie capita & quas lingua nomine fugit  
ultimas sordes dignas gemmas putat, quas regia  
manu tractet. Inter delicias esurit, inter falerna  
sit: purpuram pulchrè cilicio suffulcit: superbè  
tergemino torque sed ferreo, sed carni nude jam  
innato potius quam illigato. quid? annè regnum  
etiam calcat generosa? ecce aulam Asceterio,  
Clotarii lectum Christi thalamo permutat. Quid  
amplius à feminâ sperem? & tamen nescio quid  
amplius amor ingeniósus meditatur. En flamas  
hic subdit, manum armat, teneam candentemque  
plus à suis quam alienis ignibus Christi effigiem  
corpori inurit, dum cordi cupit. Falleris ô RAD-  
EVNDIS si animo insculptum nec dám credis, inde  
prototypon manus sunt mutuatae. Nimurum hac  
erlo vim faciunt. Adest Deus amatus & amantis  
etiam ipse vultum induitus blanditiis amantem  
demulceret, & coronæ suæ pulcherrimam eam  
uniuersum appellat. Sed & paranyinghi Angli  
spouse